Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

Sed earum semen sanguinem esse purgatum. quod si recte cum uirili
mixtum sit. utraq; concreta & simul coagulata informari: Et primuz
quidem cor hominis effingi. quod in eo sit & uiti omnis & sapientia.
Deinq; totum opus quadragesimo die consumari. Ex abortsione hec for
tasse collecta sunt. In auium tamen fetibus primū oculos fingi dubium
non est: quod in ouis sepe deprehendimus: Vnde fieri non arbitror pos
se. arbitror. qn fictio a capite sumat exordium. Similitudines aut in corpibus
filiorum sic fieri putant: Cum semina inter se pmixta calescunt. si virile
supauerit: patri silēm prouenire. siue mas siue feminam: Si muliebre
preualuerit progeniem cuiusq; sexus ad imagine ruderi mirnam. sd. aut
preualet e duobus. quod fuit uberius. Alterum eius quodāmō amplecti
tur & includit Hinc plerumq; fieri ut unius tantum lineamenta pre
tendat Si uero equa fuit ex pari semine pmixto. figuras quoq; miscerī. ut
sobolesilla cōis. aut neutrū referre uideatur. qr totū ex altero non habet. aut
utrūq; qr partem de singulis mutuata est: Nam in corpibus animalium
uidemus aut confundi parentum colores. aut fieri tertiū neutri generātiū
simile. aut utriusq; sic exprimi ut discoloribus membris p omne corpus co
cors mixtura uarietur. Dispares quoq; natura hoc mō fieri putantur. Cū
forte in leuam uteri partem masculine surpis semē madefit. marem qdem
gigni opinatio est: Sed qre sit in feminina parte conceptus: aliquid in se
habere femineum supra quā decus uirile pacatur. uel formā insigne
vel minui candorem. vel corporis leuitatem. uel artus delicatos. vel statu
ram breuem vel vocem gracilem vel animum imbecillum vel ex his plura:
Item si in partem dexteram semen feminini sexus influxerit feminam
quidem procreari: Sed qm in masculina parte concepta sit hire in se aliqd
virilitatis ultra quam sexus ratio pmittit. aut valida membra aut ī mode
ratam longitudinem aut fuscum colorem: aut hispidam faciem. aut uul
tum indecorum aut voce robustam. aut animum audacem. aut ex his plura:
Si uero masculinū in dextram femininū in sinistram pueneriit. utrosq;
fetus recte prouenire ut & fēis per oia natura siue decus constat. & maribo
tam mente q̄ corpore robur uirile seruet: Illud vero ipsum q̄ mirabile in
stitutum dei quod ad conseruationē grim singulorum duos sexus māis
ac femine machinatus est. quibus inter se voluptatis illecebris copulatis sub
sicua sobolesparceretur: ne omne genus uiuentiū conditio mortalitatis
extingueret: Sed plus roboris maribus attributum est: quo facilius ad pati
entiam uigi maritalis femine cogerentur: Viritaq; nominatus est: qma
ior in eo uis est q̄ i fēina & hic uirilis nomē accepit. Item mulier ut Varro